



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Quod patres Ecclesiae nonnulla etiam picto, & florentes stylo scripserint.
Capvt XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Quod Sacri Auctores sint etiam maximè eloquentes.

CAPVT XVIII.

SED non habent sacri Oratores. *arcana se-
mota dictionis*, (hoc enim vnum obiicitur)
verius dixeris, non habent ineptias, eloque-
tes esse falsò negaueris. Semper enim magni-
feci D. Augustini, vt sincerum in omnibus,
sic in ea re sagax, & prudens iudicium, vbi
(inquit) eos intelligo, non solum, nihil eis sa-
pientius, verum etiam nihil eloquentius mi-
hi videri potest. Et audeo dicere omnes, qui
rectè loquuntur, simul intelligere, non eos a-
liter loqui debuisse, sicut enim est quedam e-
loquentia, quæ magis ætatem iuuentem de-
cet, est quæ senilem, nec iam dicenda est. elo-
quenti, si personæ non congruat eloquentis.
Ita est quedam, quæ viros summa auctori-
tate dignissimos, planeque diuinos decet. Hac
illi locuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios
ipsi: Ipsis enim congruit, alios autem quanto
videtur humilior, tanto altius non ventosi-
tate, sed soliditate transcendit.

(Addit)

Possent quidem, si vacaret, omnes virtutes,
& ornamenta eloquentiæ, de quibus inflan-
tur isti, qui linguam suam nostrorum aucto-
rum linguæ, non magnitudine, sed tumore
praponunt, ostendere in istorum literis sacris,
quos nobis erudiendis, & ab hoc sæculo pra-
uio, in beatum sæculum transferendis prouiden-
tia diuina prouidit. Sed non ipsa me plus,
quam dici potest in illa eloquentia delectat,
quæ sunt his vitis cum Oratoribus gentili-
um, Poetisve communia. Illud magis admi-
ror, & stupeo, quod ista nostra eloquentia na-
vsi sunt, per alteram quandam eloquentiam
suam, vt nec eis deceret, nec emineret in eis:
qui eam, nec improbari ab illis, nec ostenta-
ri oportebat, quorum alterum fieret, si vita-
retur, alterum putari posset, si facile agnosce-
retur.

Hæc ille vix sapientissimus, quæ postquã
subiecit, latissimè probat exemplis, affert e-
nim prolixos aliquot locos ex D. Pauli epi-
stolis, & Amos propheta, in quibus cola-
com nata, periodos, figuras, notat accuratius,
quam vllus Rhetor in Demosthene, aut Cice-

rone. Ad summam concludit sacrorum au-
ctorum sapientiam, tanquam inseparabilem
famulam, non vocatam sequi eloquentiam.

Quod Patres Ecclesie nonnulla etiam pi-
cto, & florenti stylo scripserint.

CAPVT XIX.

ANimaduertere est etiam, plerumque in
sanctorum Patrum scriptis, nonnulla tā
dulcibus renidere flosculis elegiarum,
tanta styli suavitate delibata, tam concinne,
tamque affabre facta, vt cum Rhetorum pra-
stantissimis venire in palmæ contentionem
possint. Labet ex omni genere hic aliquot
exempla delibare, quibus hunc librum felici-
oribus auspicijs claudere, atque obsignare
possim. Incipiam a Nazianzeno, ecquis ama-
bo, fait artifex Epidictici generis peritior?
Vide, vt in oratione de sancto Paschate vt res
describit ex adiunctis.

Idē ἰσοπία, &c.

Quæ latine hic reddam, quia pro-
lixiora sunt.

REgina (inquit) tempestatum pompas du-
cit Regi dierum, & pulcherrimo, eodem
que iucundissimo stipat veluti satellitio.
Nunc ætata renidet purius, nunc sol al-
tior, & auro similior, nunc orbis Lunæ pul-
chrior splendet, atque illibati stellarum chorum
clarius emitecunt.

Nunc littoribus conciliantur fluctus, Soli
nubes, aeri venti, terra plantis, plantæ ocu-
lis. Nunc fontes manant liquidius, & hiber-
nis compagibus expediti largius, amnes flu-
unt, prata collucent floribus, turgent gem-
mis arbores, detonsi nitent herbarum tori, &
per virentes agros agni lasciuunt. Iam naues,
vt plurimum pijs refertæ vectoribus, cum
celestumate soluunt e litore, & alas velorum
explicat, mox deni cursu fluentibus assurant
delphini, & suauissimè quidem anhelantes
tranquillo mari fidi comites nautas dedu-
cunt.

Lætus autem agricola serenum intuetur
coelum, & aratrum reficit, frugum largitore
Deum appellans, tum strenuè boues aratores
cogit

Υγγγ

cogit

cogit sub iuga, & dulces imprimit sulcos, totius iam spe delibutus. At Vpiliones eū bubulcis cōcinnant fistulas, & pastorale carmen accinūt, nunc per gramen abiecti, nunc vmbrosis rupibus insidentes veris suauitate mulcēntur.

ἠὲ τοῖς ἰσοβλίπει. Ἦρα π' ἔπει ἐξυτῆς ἠγλ. οἰκοδομῆ. Ἀπίς.

Ex altera parte olitores plātas excolunt, aucupes calamos instruunt, designant ramos ad insidias eleganti artificio contextunt. Piscatores profundum scrutantur, purgant retia, peritilque marinis insident.

Interim apis laboriosa explicatis pinnulis discedit ex alucaribus sapiētia datura specimē, & iā prata peruolat, iā flores pabulatur, & castra cēra concinnius elaborat, cōtextis veluti disparibus, ac sexangulis fistulis, rectos quoq; vicos, & alternos angiportus mirabiliter implicans, vt operi firmitatem, & elegantiam conciliet. Deinde mel in apothecis recondit, erat quippe, & laborat suo hospiti gratū animalculum, eiq; feriat illo fructum affert periuicūdam.

Quis non videt hanc orationem delicatissimis floribus aspersam, nam & omnia feruē veris adiuncta accuratē collegit, egregiē miscuit, summa suauitate temperauit.

Imitatus est hanc descriptionem S. Cyrillus 9. λόγων ἱερῶν σιχῶν p. 95. in fine.

Arguta breuius D. Greg. Nazianzeni in descriptione Pauonis, Cicadae, Araneorum.

Eundem quoque sapiunt stylum, quae habet de Pauone oratione 34.

CAPVT XX.

Ρόδεν τὰς ὁ ἀλαζάν ὄρνις καὶ μηδικός, οὗτος φιλόκαλος, καὶ φιλότιμος. Ἦ ἀρχὴν ἀδύνατον, καὶ τὸ πλεόν κωλύοντες περισήσεις, τὸ χρυσάυγες, καὶ χαλασέρον θεα ζίζει τὸ κάλλος τοῖς ἐρασιγὰς μετὰ ἑσπερῶν βαδίσματα.

Qui sit vt arrogas ille, & medicus Pavo, elegantia, gloriāq; adeo affectet, elata ceruice, alis aureis stellatis, in orbem circūductis, corporis sui pulchritudinē amassijs, cum superbo quodā incessu, velut in theatro spectandū proponit, & de cicada πῆς ὁδοῦς τέτιγι τὴν ἐπὶ σήβης μας ἀδα, καὶ τὰ ἐπὶ τῶν κλάδων ἀσματα τε Cicada καὶ τερεπίσματα, ὅταν ἠλίω κινέσται τὰ μετὰ ἡρα σημερινὰ μετ' ἑσπέρων. Quis Iyam cicadis in pectore dedit? & cātus illos, atq; garritus: quos cū meridiani Solis estu ad musicam excitātur, in arborū ramis funditur. Sunt plane ista calamistrata maximē in Graeco, πλεόν χρυσάυγες, καὶ χαλασέρον, & θεα ζίζειν τὸ κάλλος.

Παυονί/σ/ περιβία

Item de Araneis in eadem oratione.

Αἱ δὲ διὰ λεπῶν οὕτω, καὶ ἀερῶν σχεδὸν ἴναμάτων, πολυειδῶς διατεταμένων, πολυπόδους τοὺς ἰσοὺς ἔξουφάνησι, &c.

S. BASILIVS IN NATVRA QVORVQVE FORMICAE disquirenda egregiē lusit.

Nec minus elegans, & subtilis Basilivus in descriptione Formicae.

CAPVT XXI.

Οὐκ εὖν ὁ περὶ τῶν ἐντων εἰδησιν καταληφέ. ναί μεγαλαυχέμενος τὸ μικρότατον τὸ προφανομένον ὅπως ἔχει φύσεως ἱερμευσάτω. καὶ πῆς ἢ τὸ μύρμηκος φύσις, εἰσάτω. εἰ πνεύματι, καὶ ἄδματι, συνέχεται αὐτῆς ζώη. εἰ ὁσέοις τὸ σῶμα διεληπται. εἰ νεύροις συνδέσμοις τὰς ἀρμονίας τετόνωται. εἰ μυῶν περιβολῆ καὶ ἀδένων ἢ τῶν νεύρων περικρατεῖται φύσις. εἰ τοῖς νεφθαῖσι σαυνοῦλοις ἐκ τῶν εὐφγμάτων ἐπὶ τὸ οὖρον ὁ μυελὸς συμπαρατένεται εἰ τῆς περιοχῆ τῶν νευράδων ὁ μύρμηκος, τοῖς κινεμένοις μέλεσι τὴν ὀρμηλικὴν συνίδωσι δύναμι. εἰ ἐστὶν ἐν αὐτῷ τὸ ἦσασ, καὶ τὸ

AT qui se omnium rerum scientia gloriatur comprehendisse, minimum etiā, quod propositum fuerit, quomodo sit à natura formatū, factumq; explicare, & quae sit formicae natura, exponere debet. Num eius vita, spiritu quodā, & anhelitu continetur. Num corpus ossibus interstinctum sit, an neruis, quasi vinculis sint harmoniae coniugatae, an musculorum, & glandularum circuitu neruorum natura sustentetur. An ex fincipite medulla per dorsi vertebrae ad caudam defluat. An complexionē neruosa membranula, membra, quae mouētur, motiū vim, & facultatem habeant. An sit in ea iecur, & in iecore vasculum bilis receptaculū, & renes, & cor, & alteria, & venae, membranula, & praecordia. Caluumne sit, an pilosum, vni gulum